

#### Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

#### Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + Manténgase siempre dentro de la legalidad Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

### Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página http://books.google.com

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com



# IOANNIS ZACHARIAE HARTMANNI, 5 IC. et Antecessoris

IN ACADEMIA KILIENSI,

# OBSERVATIONVM IVRIS CRIMINALIS THEORETICO PRACTICARVM

SPECIMEN PRIMVM.

HAMBURGI ET KILIAE,

IMPENSIS VIDVAE THEODORI CHRIST. FELGINERI.

M DCC XXIX.

# DOMINO, DN. HENNINGIO FRIDERICO S. R. I. COMITI

DE BASSEVITZ,

Dynastae in Prebro et Gribe,

AVGVSTISSIMO RVSSORVM IMPERATORI

A CONSILIIS INTIMIS,
REGIAE CELSITVDINIS
SERENISSIMI DVCIS SLESVICI ET
HOLSATIAE, RELIQVA

N

## PRAESIDI,

EX EQUESTRIBUS ORDINIBUS,

RVSSORVM AVGVSTI

A S. ANDREA ET S. ALEXANDRO DIXERVNT.

ACADEMIAE HOLSATICAE, QVAE KILIAE EST,

CVRATORI,

FELICITATEM PRECATVA

IO. ZACH. HARTMANNVS, IC.

IL-


### ILLVSTRISSIME COMES, DOMINE GRATIOSISSIME,

agna atque excellensea Academiae Cimbricae felicitas et amplitudo est, ingentes Tuas curas ad salutem & commoda illius extendi. Nunquam ergo ipsa illa, me quidem sponsore, suis se litteris otioque adeo involuet, de TE publicae rei caussa absentem cultu obsequioque destituere leuiter aut reuerentiae rumpere sacramentum delo modo audeat. Certe,

te, ex quo a Celsitudine Regia, CAROLO FRIDERICO, Principe ac Domino nostro clementissimo, legatio in Galliam delata TIBI est, frequens meo in animo, quoad ibi degis Cimbriaeque rebus consulis ac prospicis, Tuoque adeo frui conspectu mibi non licuit, frequens inquam in animo meo versata cogitatio est, vt, quam TVI veneratione pectus meum sine intermissione caleat, propalam significarem. Itaque scriptis aliquid mandandum idque TIBI, GRATIOSISSIME DOMINE, CVI mea deferenda sunt omnia, dicandum destinaueram. Verum quid et quale condendum excutiendumue esset, initio anceps baesi. Non enim cum elementis Iustinianeis negotium mihi solum esse credidi. Sed licuit etiam in reliquos iuris, publici et priuati, gentium, ciuilis, ecclesiastici, feudalis et criminalis libros excurrere, inque iis omnibus

pucanais operam sumere sat pertinacem. Licuit quoque in Collegio Iurisconsultorum Kiliensium adsidendo respondendoque excolere animum, satisque digna, quae lucem adspiciant, obseruare. Igitur, quum diu diuque fluctuassem, tandem Observationes Iuris Criminalis, quod praesertim ad iudicandi pertinet subtilitatem prudentiamque, moliri atque euulgare decreui, responsis, quae in Ordine Iurisconsultorum exaraui, adspersas. Quarum itaque, qualescunque sint, Specimen Primum, TI-BI, DOMINE ILLVSTRISSIME, vt a tanto nomine splendor eis accedat, consecrandum censui. Si non vereri debeam audaciae crimen, si probaueris meos conatus, nibil est, cur morer me inserere felicibus, si qui felices sunt mortales. Deposcis, CVRATOR ACADEMIAE PRO-VIDENTISSIME, Dt sedulo cuiusuis

commodis vilitatique serviamus. Otiosum ego diem, vi vires meae ferent, nullum viuam, nullus me torpor tenebit. Sine fine TIBI, ILLVSTRISSIME COMES, bene precabor. Vale, et, quantacunque imposita TIBI sit gravissimarum rerum moles, eam animo strenuo sustine, et glisce accessionibus fortunae laetissimis. Tege me, tege me, et iterum vale. Kiliae Kalendis Iul.cio 1000 xxix.



### INGRESSVS.

lagas ipse contra se & rem publicam texit imperans, qui prauis puniendis neque promtus satis neque acer est. Vanae sunt, nisi diligentissime custodiantur aut obseruentur, leges optimae. Vani quoque & febriculosi rerumque imperiti & artis regnandi penitus

ignari ferociae intolerandae notam illis adspergunt vel tyranni etiam titulum adsigunt, qui dissiculter & aegre scelera impunita dimittunt. Qui vigilant, quemadmodum salui omnes esse possimus, animoque & extento brachio criminibus intenti exstinguendis in reos illorum seuere iusteque animaduertunt; ii vero non nisi ab inanissimis prudentiae ferrei & inhumani dicuntur. Perinde est, vt praeclare ille, non ferri legem & non sertari. Quid? quod praestaret, latam non suisse, quam in transgressores exemplum raro statui vel nunquam. Hoc enimuero essicitur, vt principes & fastigium inter homines tenentes autoritatem, qua ceteros eminent, contemtui ludibrioque exponant ipsimet. Vnde ad extremum licentia inualescit eundi semper in peius. Tantum abest, vt summum ius summa iniuria hic dicenda sit. Potius, si tritum istud ad institutum con-

convertere nostrum liceat, summae aequitatis iustitiaeque nomen tuetur. Plus dicam: lenitas intempestiua in maximam haud raro iniuriam definit, quod exemplis pluribus confirmari potest. Nam qui indulgenter sceleratos laedentesque habent, ii laesos & bonos, quibus manus porrigenda erat, caede afficiunt, rem publicam calamitate affligunt. Narratur quispiam, qui septimi homicidii veniam a Rege Galliae impetrare non potuit, dixisse: se non niss primum patrasse homicidium, reliqua imputanda regi esse, quippe, nisi rex primo dedisset veniam, ipse sex posteriora commissurus non fuisset. HENRIC. STEPHANVS in praeparat. apolog. pro Herodoto. c. 17. Contra non est, cur sanguinarios aut mortali iratos generi aut ad iudicandum seuerissimos adpellemus, qui malos ad poenas ex merito reposcendi cura exercentur, qui quam possunt maxime cauent, ne cui ciuium ab altero, vt a carnifice, sit pertimescendum. Quid vero, inquiunt, sic erit solatii illis, qui ex improviso a virtute desecerunt? qui animi impotentia, qui adolescentiae cupiditatibus, quae sero apud multos deferuescunt, peccarunt? an, qui prouocati ab aliis nocuerunt aliquando, & sic non sine caussa deliquisse videntur, statim mox ad supplicium rapiendi? an in quosuis quantulacunque in vitia delapsos distringendus gladius? annon, si fas & iura illud sinunt, si quaelibet peccata inexpiabilia, ad summum sapientiae peruenisse gradum mortales oportebit? Donec erunt homines, erunt auari, erunt ambitiosi, erunt libidinosi, erunt maledici, ingrati, perfidi, inuidi, malefici, fraudem legi facientes, fallentes credentem, erunt vani, garruli, iracundi, aliisimprecantes diras aut aliud quid monstri alentes. Erunt albi & atri

Dum iuga montis aper stunios dum piscis amabit.

An illis omnibus, quia singuli rei publicae dedecus imprimant.

mant, extra coetus humanos quasi edicto egrediendum? an nomo eximendus noxae? an ius omne ad legis rigorem & litterarum apices reuocandum? an obumbrabitur, an obscurabitur principis dignitas, si remissius agat, cum videt, non conducere remedium praeceps & asperum, vel' alia ratione, vt veniam concedat, adducitur? Vere vt dicamus, cum partim de fortunis, de vitis hominum hic iudicetur, partim de publicae rei salute agatur, omnis adhibenda cautio est, ne tolerantes vitam per latrocinia, turbatores, desperandi & scelestissimi quique ciuitatis damno ferantur, neue ferendi e medio tollantur inconsulto ac violenter, aut haerentes in leuioribus iniquitatibus praecoci vindicta pereant.

g. I.

Spectat legum sanctio ad potestatem summam. Cum enim Cui compe-haec sit ea, quae prudenter regat imperio subiectos, defen-me, scirca datque contra vim iniustam, vitaequae corum praesidia sirma quae circumponat, commoda pubicae rei promoueat, auertatque fas leges incommoda, iustitiam, pacem tranquillitatem & discipinam ferendi? conseruet : certe ipsa illa summa potestas fideliter recteque curabit tractabitque media ad finem vitae socialis consequendum necessaria. Quod rogationum vitiis reprimendis aptarum promulgatione obtinetur. Ex quo infertur, ius legum ferendarum proprium esse imperantium, primumque inter regalia, quae vocant, seu iura maiestatis tenere locum & sic inprimis tuendum custodiendumque regnantibus. Quo pertinet illud reginae Arabiae SALOMONI fauste adclamantis: ideo DEus te regem Israelis fecit, vt exerceas iudicium & iustitiam, rReg. c. 10.v.9. Et IEREMIAS cap. 21. v.12. regi quolibet mane ius esse exercendum eripiendumque eum, qui rapinam patitur, e manu opprimentis, praecepit. Legum autem ciuikum sanctio omnis ad pacem inter ciues seruandam salutemque

 $\mathsf{Digitized} \, \mathsf{by} \, Google$ 

que societatis ciuilis pertinet. Cumque pax ciuium addefinitionem Mei & Tui, Liciti & Illiciti, respiciat, hæcc omnia lege ciuili discerni, muniri ac determinari posse, quotiescunque publicae rei ratio id exigit, manifestum est. Nam legem ciuilem bonam cum HOBBESIO illam vocare haud pendemus, quae ad falutem populi necessaria est & simul perspicua. vid. Leviathan cap. 30. pag. 163. Cuius rei veritas in tractatione adparebit atque exstabit; quamlibet de legum natura suse lateque hic disserer aut casum omnium & singulorum, quibus sanciendae sint, coaceruare farraginem apud nos non statuerimus. Recitat istos prudentia ciuilis, quae modo de commerciis, de mensura, pondere, valore monetarum, de rerum permutationibus; modo de pauperum, surdorum mutorum, coecorum, viduarum, pupillorum, valetudinariorum, aliarumque personarum miserabilium cura; modo de poenis scelestorum, seditiosorum, turbatorum, profligatorum & criminis societatem humanam quacunque ratione laedentis reorum; modo de his, modo de aliis leges necessario constituendas esse perdocet.

cienda.

Illud hic repetendum esse videtur; leges etiam saluberrimas ceteroquin reipublicae, si executione prorsus omni capoenalie le- rent, inutiles esse atque otiosas. Parce sunt ferendae: corrugi mecella- pta enim merito dicitur a TACITO aliisque ciuitas plurimis abundans. Sed quotquot constitutae sint, earum exsecutionem exacte, nisi malit, vt vilis instar cibi spernantur, imperans procurabit. Id quod efficaces illas & fanctas praestat. Non errauerimus, si vel inde sanctionem poenalem esse adpellatam'affirmemus. Ea enim poenam definit legique addit, illis, qui contra iuerint, infligendam. Carere igitur non posse legem sanctione poenali indubitatum. est Quoniam mali. non

non nisi poenarum formidine a criminibus patrandis arceri queunt, eaque inprimis ratione cupiditas delinquendi velut in vinculis cohibetur. Tolle sanctionem poenalem, & vix aliquid effectura lex est.

6. III.

Sunt equidem, qui praemia, non poenas, legibus adden- du prusda esse suadent. Spes & consecutio praemiorum, inquiunt, mia legiexcitat homines ad illarum observationem, atque ad bene a-bu adden gendum. Non iuuat auscultare RICHARDO CVMBER-da? LANDO, qui poenas ac praemia densa & continenti verborum frequentatione coniungit in libro de legibus naturae, pracfertim Cap. V. Scriptum quoque est apud IOANNEM ALT-HVSIVM in libro de Politica cap. XXIX. §. 19. praemia plus quam poenam efficere. Verum plurimae suppetunt rationes, quae, in nostra sententia vt perstemus, nos inducunt. Praemiis virtutem excitari non inficiamur. Foueat Princeps bonos eiues, beneque meritos & merentes, distribuatque varia praemiorum corumque opulentorum genera, habita tamen personarum, loci ac temporis ratione. Ornet virtute conspicuos dignitatibus & honoribus, largitionibus ac beneficiis deuinciat, privilegiis & immunitatibus praeclara facta compenset, titulos & insignia conferat, restitutiones decernat, & sic deinceps. Recte enim sons & culmen omnium dignitatum honorumque habetur, quod patet ex toto iit. C. de dignitat. praesertim leg. 5. Vnde aliis alia praemia pendendi potestate pollet, BODINVS de republica lib. V. cap. IV. Sed omnia illa pertinent ad bene merentes, ad virtute praeditos & claros. vid. cit. tit. Codicis de dignitat. Quare non leviores reprehensiones incurrit DIONYSIVS Siciliae, cuius tantam fuisse vicus intemperantiam, vt nouarum voluptatum inventores summis affecerit praemiis, HERODIANVS

Hi-

Historiar. lib. I. cap. II. retulit, quam ALEXANDER M. quod interfici iuslit PARMENIONEM pro praemio, & IVSTINIA-NVS, quod BELLISARIVM longe omnium, qui imperio orientali contigerant, meritislimum, sustulit. Igitur fatemur, proborum & fortium labores praemiis recte decorari, quid quod suum colit officium Princeps regnandique prudens habendus est, si illos munificentia prosequatur, qua nihil lactius priuatis hominibus accidere potest, nihilque acrius ad bene de re publica merendum inflammat. At vero, cum nulla vnquam sit ciuitas, vel societas ciuilis, tam pura, tam san-Ra, quin inueniantur, qui argui possint, quin admixti sint mali, vitiisque obnoxii, & criminum quorumuis delibuti purgamentis, totique constantes ex fallaciis & vel in ipsa delinquendi cupiditate delirantes; amplius foret deliberandum, an praemiis solis res confici-queat. Certe adfirmare ausim, legum conditores, qui praemiis muniri satis illas credunt, aut vix, quod animo intendunt, consecuturos esse, aut fingere sibi ciuitatem sapientum sanctorumue, quae extra hunc orbem quaerenda est. Super isthaec quaeso, quot non sunt, qui fatigare animum virtutis studio, aut laboribus pro republica corpus adfligere adeo detrectant, vt contemnant & despiciant praemia? Postremo non iis leges feruntur, quorum actiones recto consentaneae esse solent. Hi quod aptum & decens est, sua sponte & sine lege faciunt. Contra ipsa malorum illuuies, sentina reipublicae, maxime procliues ad delinquendum, ac perstantes in prauitate, perniciosissimi mortalium, leges accipiunt, qui nullo laudum honorumque delinimentis capiuntur, nullo praemiorum sensu adficiuntur, quique, nisi sanctione terreantur poenali, vix coercebuntur.

Ius punieno di impensaS. 4.

Igitur agnoscamus oportet, penes Principem summaue

potestate pollentes esse ius sumendi poenas. Vnde hoc a per-ti compe-multis ius imperii peculiare constituitur, & tantum non primo tit. Sit nu inter cetera regalia, quae vocant, loco habetur. Verum se-regale peparari illud a iure legum ferendarum posse ferme despera-culiare an mus. Non promiscua habemus, sed ita coniuncta credimus iure legum ius condendi leges & ius irrogandi poenas, vt si vnum de-ferendamas, alterum corruat, vel in mentis abeat praecisionem. rum conti-Arbitramur enim satis patere, si compares §. 2. sanctio neasur? nem poenalem legi omne conciliare robur firmitatemque. Quodsi planum hoc est, per se sequitur, ius puniendi a ferendarum legum potestate vix ac ne vix quidem posse abstrahi. Vt nos expediamus, ita tenendum: Congruum est fini, quem habuerunt, qui summo se subiecerunt imperio, yt fases illius tenentes omnibus in commune consulant, omnibus securitatem praestent contra vim & quouis modo laedentium iniuriam. Hoc, sicut supra diximus, rogatio legum vitiis subjectorum reprimendis aptarum praestat. Inde vero deducimus obligationem subiectorum praestandi ac faciendi, fugiendi & omittendi, quae vel praecipiuntur vel prohibentur. Hinc quoque inferimus & colligimus ius puniendi imperantibus competens, vipote quod est facultas, personas contra mandata vel prohibita peccantes adficiendi poenis, quas memerunt, fiue famam auferant, fiue bonis priuent, fiue in vincula & custodiam coniiciant delinquentes, siuc corporis membra affligant, siue yltimum supplicium facinorosis adferant.

6. V.

Quae cum ita fint dispiciendum nunc erit, annon per- Pariter ius mittatur aliquando magistratui summo, eiusque officio con-poenas regruum plane sit, vt delinquentibus parcendum esse iudimittendi
penes imcet. Et sciamus, integrum esse cuivis imperantium, vepenantem
niam & impunitatem etiam impuris & sceleratis dare, ess?

naturamque quandoque audire clamantem & vociferantem: modo id agat vnum, ne intempestiue mitis sit. Cogitet enim princeps, securitatem ciuium tranquillitatem-que suorum esse officiorum legem & principium, regulam vnicamque mensuram. Vnde concludimus, hactenus illum delictorum recte facere veniam, quatenus saluti subiectorum, ad quam oculos iugitur intendat, nulla vis infertur aut im-posterum metuenda est, eaeque simul apparent circumstantiae, quae poenae duritiem vel mitigandam vel delictum impunitum relinquendum esse suadent. Cur enim, si haec habeantur curae, liberum principi non sit, vt peccata condonet, clementiaque vtatur? Nisi prorsus transire in Stoico-rum sententiam malimus, qui propter animi sirmitatem singularem & constantiam semper aequabilem, quam in magistratu praesertim requirebant, leuem illum dicebant, qui ab arbitrio vel latum vnguem recesserit: quo nomine il-los iam ab aliis ex merito video reprehendi. Nos sic existimamus: fini reipublicae & pactis, quae inter imperantes & parentes intercedunt, contrarium esse, si delinquentes poenas euadant promeritas sine caussa vel praeterita vel sutura. At, si cetera recte se habent, Principem pro ratione publicae rei ac beneuolentia latissime dissussa gratiam expetentibus suas commodare aures posse ac debere; necid vero ambigendum esse censemus.

6. VI.

An diffent Quaerere hic liceat: vtrum ius remittendi aut minuendi a inre ag-poenas a iure aggratiandi, quod vocant, vere distet? Non puguiandi? tamus, quamuis diuersa ea esse quidam arbitrentur, inter quos eminet ZIEGLERVS de inr. maiest. L.I. cap. 8. § 4.6.5. Aiunt aggratiationem ex eo appellatam esse, quod non pertineat ad institua actus, sed ad meram gratiam referri debeat, qua

qua de caussa etiam distinguant surisconsulti inter restitutionem ex capite institute, quae & a iudice siat, atque inter restitutionem ex capite gratiae, quae principis sit propria: vnde im aggratiandi non de lege aut praecepto, sed de licentia, facultate seu attributo personae accipi oporteat. Sic res vna cultate leu attributo perionae accipi oporteat. Sic res vna eademque vario colore secatur. Age igitur rem attento animo penitusque cognoscamus e tum ferre sententiam ius fasque erit. Aggratiationem, prouti loquuntur, a gratia dici concedam. Sed nego propterea sequi, illam ad attus iustiviae haut pertinere. Quin potius iustitia gratiae Principis essentialis & homogenea esse videtur, saltem esse debet, si quidem iustita imperantium recte definiatur, qua se congruos praebeant rationi omnium ciuium conservandorum. Nam caustica describinatoris de congruos praebeant rationi omnium ciuium conservandorum. fa adit necesse est, cur delinquens gratiam exoret atque impetret. Quae si iusta & praegnans deprehendatur, obstringitur princeps, vt gratiam impertiat, tantum abest, vt illam negare petenti possit aut debeat. At, inquis, haec non gratia, sed poenae remissio vel mitigatio vocanda. Haec pertinet ad officium principis, nec soli illi adscribenda, sed magistratibus a Principe constitutis communis est, qui & ipsi pro circumstantiis variis ac diuersis poenas vel minuunt vel prorsus remittunt. Vid. B. THOMASIVS de iure aggratiandi Princip. Enangel. in cauff. homicidii. Gratia autem soli Principi vindicatur. Vt vt hoc est, attamen primum non minus officio Principis continetur: gratiam, si caussa adparet, non denegare, & sine caussa non concedere; quam mitigare & remittere poenas, pro circumstantiarum, quae delicta praecedunt, comitantur, & consequentur, diuersitate. Vt adeo hactenus aggratiatio & remissio vel mitigatio poenae nihilum distent, sed conueniant vtique & conspirent. Deinde remissionere Gonem vel mitigationem poenarum nec magistratui cum Principe

cipe simpliciter communem esse, quae aduersariorum sententia est, crediderim, sed huic soli vindicauerim. ro magistratus & iudices, quos vel ipsos Princeps constituit, non iure proprio sed vel ex priuilegio vel ex alia potestate ab Imperante summo iis concredita decernunt, ficut nec ipsam iurisdictionem criminalem iure proprio exercent, sed Principi referre debent acceptam. Quod comprobat privilegium a Serenissimo FRIDERICO III. Duce Slesuici & Holsatiae Senatui Tonningensi anno MDCXLIIX. concessium: Conceditent und geben ihnen das ihren Praedecessoren indulgirte peinliche Hals Bericht nochmahlen Krafft dieses, dergestalt und also, daß gemeldte Burgermeister und Raht ein peinlich Bals Gericht hegen und halten, dero Behuff die in der Stadt und Botmäßigkeit betretene delinquenten apprehendiren und gerichtlich vorstellen lassen, in dem Process nach Caroli V. peinlicher Halsgerichts Ordnung verfahren, definitive verabscheiden, auch die Urtheile exequiren lassen, und also hinführo omnimodam iurisdictionem in caussis criminalibus haben und exerciren mogen. Doch mit dieser restriction, daß, da einig dubium ben der gerichtlis chen decision vorfallen solte, entweder an Uns und Unser Kürstlich Hof: Gericht, oder folder Behuff auf eine Iuriffen-Facultat transmittiret, und also in solchen Blut-Cathen vorsichtiglich procediret werde. Neque enim omni loco praesto esse potest rector ciuitatis, neque leges ipsemet. semper interpretari. Vnde magistratus constituere necessum habet: vnde iureconsultos, quibus respondendi de iure facultas est, consulere iudices admonentur.

§. VII.

Officia ciro Licet vero ad imperantes spectet ius poenas definiendi ca im su- irrogandique & remittendi, yti ostendimus s. 4. & 5, prouiden-

dendum tamen illis est, vt prudenter eas determinent, vt ne mendi & sine caussa etiam remittant promeritas: id quod in illorum remittendi est officio, penitius nunc, quantum ad thoma nostrum at-poenas ex tinere videbitur, cognosendo. Vt autem partes nostras sine ciuinzin describendo hoc officio imperantis circa ius exigendi & tum & poenarum inremittendi poenas rectius agamus, finem harum ipsiusque telliguntur
ciuitatis seu imperii ante inuestigasse multum iuuabit. Insitus est animis mortalium, quotquot fuerunt & sunt, iisque quasi innatus libertatis amor. Neque adeo ruunt in ciuitatem, aut a natura feruntur ad subeundum imperium alienum, vel cum lacte materno subiectionem imbibunt. Igitur, qui relida libertate naturali summo se imperio submiserunt, caussam habuerint, quare se illi submiserint, necesse est: quam si detexerimus, finem quoque poenarum verum & indubitatum facili opera euoluemus. Hoc euoluto officia circa ius constituendi, exigendi & remittendi poenas in oculos incurrent, & perspicue intelligentur.

6. VIII.

Caussa, quae permouit homines, vt ciuitati studerent, Finis imadparebit inspicienti naturam & mores mortalium omnium, perii ciui qui affectibus prauis in diversim raniuntur vet si segregem lie, seu ci qui affectibus prauis in diuersum rapiuntur: vt, si segregem uimtum, vitam agerent, eam miserrime & per omnia extrema ducerent. Non arguimus naturam omnium parentem: ea vitiose se non habet: ea pacem & tranquillitatem dictat inculcatque: ei si auscultemus, status libertatis turbulentus non dabitur: non erit bellum omnium aduersus omnes: quam acutissimo Anglo HOBBESIO sententiam quidam non affinxerunt modo, sed etiam obtruserunt. Si ipsa natura malos finxisset homines, bonus qui diceretur, inueniretur nullus. At inueniri tamen bonos quis ambiget? Boni nobis hic sunt, qui iura aliorum connata & acquisita non laedunt. Illud vero negan-B 2

gandum non est, sub imperio pacem custodiri facilius, certiusque obtineri. Licet enim ipsa ratione mortales admoneantur tranquillitatis saltem externae semper servandae, licet obligatio ad pacem a statu libertatis haud exulare debeat; attamen obligationis istius executionem difficilius sperari quisque largietur, vbi nulla lege humana prauorum affectuum, quibus homines obstricti funt, violentia reprimitur. Vnde tandem recte omnino concludimus: caussam ciuitatum seu imperii aeque ac dominii rerum introducti nullam aliam posse excogitari, quam voluptatem, ambitionem, auaritiam, ceterorumque affectuum prauorum in homines dominantium familiam. Quo ipso tamen caussam metus, propter quem ortas ciuitates esse perhibent, non excludimus, sed coniungimus & confirmamus: quoniam metus ille violentiam bonis a malis intentatam imminentemque consequitur, quamobrem opus certe fuit imperii ciuilis praesidio. Atque hae ciuitatum caussae finem quoque earum indicant planissime, nempe securitatem. Nam propter tristes effectus prauorum, quos enumeraui, affectuum, securi esse nequeunt homines, nisi vna viuant, nisi imperio ciuili contineantur. Addunt quidam sufficientiam, quam quaesiuerint, qui in ciuitatem concesserunt. Verum ipsi illi fatentur, sufficientiae finem a fine securitatis esse secundum illique subordinatum. Qua in re minime errant, sed & probe perpendere debebant, imaginariam quoque dari sufficientiam, quam sine caussa homines sibi fingunt in luxum effusi. Vnde consequitur, paucis contentos etiam extra ciuitatem sufficientiam facile invenire neque adeo hanc ciuitatibus imperioque caussam necessario praebuisse.

§. IX.

Finis poe- Cum securitatis caussa ciuitates coaluisse imperiumque narum. subiisse homines nunc constet, de poenarum ciuilium fine in-

dagando non multum angimur; sed quia poenae sunt media fini ciuitatis obtinendo inseruientia, quin ipsius illius ciuitatis securitatem & salutem etiam poenarum primum & vltimum finem constituamus, nullam habemus dubitationem. Reste autem & convenienter poenas media fini ciuítatis obtinendo inseruientia dici, sic demonstramus: Poenas ii sentiunt, qui mores vitamque ad legum normam haut compo-Qui legibus non obtemperant, ciuitatis securitatem salutemque subuertere conantur, quoniam leges securitatis salutisque publicae sunt firmamentum. Legibus poenae adiiciuntur, iis irrogandae, qui obsecundare illis detrectant. Quare poenas media ad finem ciuitatis perducentia, ipsarumque poenarum finem securitatem & salutem ciuitatis merito adpellamus; etsi praeter eam plures poenarum fines ab aliis effingi non repugnemus. Interim quiuis meminerit, alios istos modo circuitione & anfractu orationis delectari, modo a scopo ciuitatis longius aberrare. Priorum numero habemus, qui legum autoritatem vel exempla alierum finem poenarum esle contendunt. Ad posteriorum classem referimus, qui emendationem facinorosorum & puniendorum inter ceteros poenarum fines excellere arbitrantur. Nos sic sentimus: Quod legum autoritas finis poenarum laudetur, haec certe ratio subest, quoniam securitate & salute ciuitatis leges fundantur. Itaque cum conservandae salutis securitatisque publicae ergo legibus sua constare debeat autoritas, propius a re absunt, qui securitatem salutemque ciuitatis ipsam, quam qui legum autoritatem finem poenarum esse praecipiunt. Eadem haec aduersus illos valebunt, qui exempla aliorum finem poenarum esse dictitant. Nam & hi primum & vltimum finem, securitatem salutemque publicam, alio quodam quasi circumsepiunt. Equi-dem apud Romanos vsu & sermone receptum suit, pro poema exem-B 3

exemplum dicere. Ita: vterque in te exempla edent, apud TEREN-TIVM in Eunuch act. V. sc. 6. v. 21. TACITVS quoque vltimum supplicium exemplum nouissimum dixit, lib. XII. cap. 20. Arnal. Congruenter ICtus in l. 16. S. fin. ff. de poen. Nonnunquam euenit, ve aliquorum malesticiorum supplicia exacerbentur, quo-ties nimirum multis personis grassantibus exemplo opus sit. Quae loquendi ratio mori, quem in poenis infligendis seruarunt Romani, admodum respondet. Sontes enim noxiosque per amphitheatra traducebant, personasque dignitate conspicuas vel genere illustres supplicium nudo elatoque capite subire oportebat, vt omnium oculis conspicerentur. Deinde largimur, maximam exemplorum vim esse, recteque omnino SENECA Epist. 23. ad exempla viuere mortales, nec ratione componi, conquestus est. Sed negauerimus, illa ideo debere poenarum finem vltimum primumue nominari. Vti enim exempla statuendo in maleficos ad securitatem salutemque civitatis ytrisque oculis respicitur, ita hanc sine circuitione sinem poenarum genuinum & apertissimum dicere par est. Denique quod ad emendationem plectendorum attinet, eam plurimi finem poenarum hanc ob caussam quam diligentissime commendant: Facinorosos aegrotorum instar, qui regulas diaeteticas migrauerunt, morbis laborare moralibus aiunt, eosque, nisi deprehendantur desperatae salutis, nisi emendationis futurae spes omnis conciderit, poenis eximendos esse serio monent. Has medicinam imitari defendunt, cuius ope sanitati restitui aegrotos, non e medio tolli sas sit. Verum si quid cernimus, poterat lex aeque ac poena vicem sustinere medicinae, atque modo obnoxium legi se praebuisset ciuis delinquens, morbum moralem vix contraxisset: cui medendo sero plerumque deinceps medicina paratur, vbi lex praesentissima mala transgressorem persecutura satis prae-

cinens nihil autoritate sua apud illum valuit. Et, si coercitionibus opus vtique est, vt ciuibus hominumque generi saltem externa felicitas salua sit; si poenarum exempla inprimis faciunt ad deterrendos alios a fimilibus delictis patrandis atque ad adsuesaciendum reliquos malos legibus obedire; si poe-narum executiones ideo vtilissimae reipublicae censentur, quoniam metus illarum ad omnes eisdem delictis obnoxios pertingit, poena vnum opprimit, & haec fulmini idcirco aequalis videtur, quod multorum metu paucorum cadit periculo, latiusque terret, quam nocet; si conservatio vnius scelesti multorum praeponderetur salute; si emendatio delinquentis, quam spectandam esse volunt, incerta est, proptereaque verendum, ne malefaciens iustitiae vindicatiuae, quam vocant, semel elapsus veniaeque quasi securus in gramorem morbum moralem recidat; postremo si imperantes salutis omnium vniuersae promouendae curam gerunt, eique emendationem singulorum merito postponunt; certe non. vitio nobis vertendum, quod a scopo ciuitatis longius illos recedere adfirmauimus, qui emendationem puniendorum praecipuum poenarum finem depraedicant. Saltem negare non poterunt, cum sermo nobis hic sit de emendatione ciuili seu externa, quae consistit in delictorum perpetratorum omissione & suga, ea ipla emendatione externam tranquillitatem securitatemque inprimis spectari. Vnde, si rem pensi-temus, emendatio facinorosorum, quanta & qualis est, ad ciuitatis finem huius nempe securitatem salutemque tota redibit ac referri potest, inaniterque adeo finis poenarum peculiaris & princeps iactatur. Vt igitur admodum placeant VLPIANI in leg. 13. ff. de Off. Praesid. Congruit bono & grani praesidi curare, vt pacata atque quieta provincia sit, quam regit: quod non difficile obtinebit, si sollicite agat, vt malis homiwibus provincia careat. Quibus securitatem salutemque ciuitatis primarium poenarum finem sureconsultus perspicue laudauit.

6. X.

Principis circa ius poenas sumendi remittendique officia

Duae circa ex ipso poenarum fine depromi ac deriuari adstruximus. Sed Duae circa ex ipso poenarum fine depromi ac derivari aditruximus. Seq im sumen-finem poenarum primum & vltimum securitatem salutem-di remittendique que civitatis nominavimus proxime. Quare dicere expeditendique tum est, officia illa, quotquot fuerint, ad securitatem salugulae ob- temque civitatis tanquam ad caput referenda esse. Licebit,
servandae. quibus ipsa illa officia designentur, regulas investigare & Deimperio construere. Primam dicimus: Est in officio Principis, vt deanaemato. Lictis securitatem salutemque civitatis laedentibus poenas ad
ipsa delicta accommodatas constituat, es constitutas exsequa-Altera esto: in remissione poenarum ad salutem securitatemque ciuitatis oculos iugiter intendat imperans. regula stante, praestantiam excellentiamque imperii anae-mati perdifficulter perspicimus. Equidem permulti laudem imperantibus impertiunt, quibus adeo mite mansuetumque natura subiit ingenium, vt, si qua perditissimis etiam irroganda poena est, incredibilis illos conturbatio occupet. Hos bonos, hos parentes probos, hos continentes moderatosque principes vocitant. Et incumbendum sedulo illis in eam curam cogitationemque vtique est, vt ne ciuium animis metum ex crudelitate incutiant, sed amorem ex bonitate instillent. Tantum quaeritur, bonitatisne an vèro crudelitatis venire nomine debeat, quod mansuetudine erga quosuis pro-fligatissimos vsi subinde imperantes, eo ipso bonorum ceruicibus imminentem perpetuo caedem, rapinam & alia truculenta conflant, quae iustas in flagitiosos poenas decernendo depellere illos atque auertere decebat, imo oportebat. Tantum

tum enim abert, vt scalerum quorumlibet artifices impuni, tate ac beneficiis fibi adiungens princeps gubernare aut conservare civitatis naviculam credendus sit, vt potius illam evertere & ima voragine fubmergere videatur. Cuius rei Alegandrum Romanorum Imperatorem merito arguit HERO+ DIANVS Lib. VI. r. r. Quippe annu quatuer decim, verba sunt Angeli Politiani interpretis, anaematon, hoe eft, citra sanguinem gessit imperium, ne amo quidem occiso. Licet enim permulti maximis criminibus impegerint, tamen ab illorum caede semper abstinuit. Quis Principis adeo lenissimi, adeo intemperanter ad humanitatem propensi, adeo iniuste miserescentis sce-Selborusm, existet laudator? Non desunt inter illustres rerum tiuilium scriptores, quos haec actas fert, qui mortem pracoptandam censeant, quam talis indulgentissimi subesse imperlo, quique de iniuria illum reliquis ciuibus, parcendo nocentibus, illata postulandum esse praecipiant? Quippe cui ad falutem securitatemque societatis ciuilis omnia conferenda, nec minima, quae co faciunt, negligenda. Quemadmodum enim neglecta vicera vermibus scatere occipiunt, ita ciutas, in qua dissoluta in omne nesas cundi licentia, malis hominibus cumulatius repletur, qui ipsimet deinceps scelera sceleribus cumulant atque insolentissimi & in dies maiora sibi per vim arrogantes haud raro in reipublicae viscera serrum tandem convertunt.

6 XI.

Regularum, quae paragrapho decimo habentur, prima Quaedam duobus membris constat. Primum poenas iustas, hoc est, ad delictapoe delica accommodatas, constitui praecipit. Alterum constitutas executioni dari suadet. Reste antem accommodabuntur nequeum. ad delista, si ad securitatem salutemque ciustatis respiciatur. Quatenus Quo magis aut minus ista tarbatur, co graniores aut leuiores boc verum

decernendae. Quare vt delicta, quae in solo fere consistent animo, quaeque vix cernuntur, seuerissimis coerceat poenis princeps, ab illius longe abest officio. Inolita vitia haud incommode huc referri possunt. Alios voluptatum cupiditatibus velificare, delicias sectari, veneri operari, de bono sucundo ad incumano profilire, litare gulae & cibo potuque ses ingurgitare, aut ebriositate se propinare deridendos, otio diffluere, obscoena iocis facile admiscere, profundere facultates, vestibus mollibus munditieque inepta delectari, superbia inflari veluti austro velum, alios gestibus & incessu singulares & raros, alios loquaces iurgiisque cum familiaribus contendentes, inuidia tabescentes, auaros & sordidos, alios persancte de rebus nihili iurantes, alios remissos in cultu numinis & languidos, alios alio dedecore maculosos offendas. Quo vitiorum omnium infelici lolio sie infestata est, sie abundat mortalitas, we istud poenis externis & humanis euelli & aboleri posse facile desperauerim. Contra norunt prudentes hortulani, quos hic imitabuntur principes, runcatione omnis & minimae zizaniae optimis quandoque frugibus detra-. hi. Nullum enim deprehendes vitae genus, quod non vitiis certis & diuersis a reliquis distinguatur. Mores & affectus alii theologorum, alii iurisconsultorum, alii philosophorum, alii togatorum, alii sagatorum esse dicuntur: alii purpuratorum, alii plebis infimae, quae maximam constituit ciuium subditorumque partem. Commodum igitur fuerit & consultum, imbecillitatis humanae habere rationem, & relinquere ministris ecclesiae ceterisque morum rectoribus hortandi suadendique campum, quem tum amplissimum habebunt. Propter naturae conditionem, propter hominum ad delinquendum inclinationes ea quoque poenarum conditio est, vt nequeant externe vindicari delicta omnia. Caeterum non ita haec acciaccipi velim, atque si omnis in vitia inolita animaduersio facessere debeat. Et hic seueritate opus haud raro est, sed quae adhibeatur summo cum discrimine, quae iungatur summa cum humanitate. Videmus enim hacc aut illa vitia consuctudine & imitatione ita inualuisse latiusque in dies repere, vt inde societatem civilem gravissima mala tandem consecutura sint, nisi iustae coercitiones obicem illis ponant. Dici non potest, quam pestifera sint selicitati salutique publicae scandala, data praesertim ab illis, qui doctrina, munere & dignitate sunt conspicui. Quis igitur dubitet & his casibus poenas recte infligi. Hinc est, quod ciues etiam edictis publisis & yi externa ad colendum DEum saepenumero compelantur. Variae eaeque saluberrimae ea de re constitutiones in Saxonia promulgatae. Ita IOANNES GEORGIVS I. Elector Saxoniae die 23. Augusti 1624. sepultura honesta priuari rescripsit, qui sacrae communionis vsum concionesque ecclefialticas neglexerint: Wir haben euren eingeschickten Bericht wegen des verflorbenen Loreng P. ju S. verlesen horen. Ob wir nun wohl Urfach hatten, Berordnung zu thun, daß er ohne einige caerimonien begraben wurde: Go können wir doch zu diesemmahl geschehen lassen, daß ihm mit der kleinsten Glocken geläutet, und die Leiche mit wenig Schulern , ohne Leichpredigt jur Erben bestattet werbe. Begehren Des wwegen, an statt höchstgedachten unsers gnädigsten Herrn, ihr wollet foldes ben dem Pfarrheren zu Preisinis anordnen, und darneben besollen, wächsteinstrigen Sonntag, nach Anleitung des Tertes, auf solche Perachter der Predigten und heiligen Sacramenten seine Predigt zu richten, und mit dieser Verwarnung zu scharssen, daß hinsuro ders gleichen keiner mit caerimonien zur Erden bestattet werden solle zc. Et hodiernus Elector Saxoniae Serenissimus, Rex Poloniarum potentissimus, FRID. AVGVSTVS, ex communitate ciuium exterminandam mulierem respondit die 10. Octobris 1703. quae facra vii coena noluerat: Friedetich August, Konig und Churfürst ze Uns ist que eurem, des Superintendenten, vom sten dieses ans

hero erftatteten Bericht, welchem ber S. 2. bevgefüget befindet, borge tragen worden, wasgestallt N. S., ohngeachtet fie ben ihrer gefährlichen Prancheit, mit welcher sie nach der Zeit, als unsere Verordnung vom Toten Martii vorigen Stahres an euch ergangen, befället worden, sich mit dem Pfarrer zu R. hinwieder ausgesohnet, ihm auch gebeichter, und das H. Abendmahl genossen, dennoch, nachdem sie wieder genesen fich in der Rirche jum Gehor Gottlichen Wortes, imgleichen gum Ges brauch des hochwürdigen Nachtmahls einzufinden abermahl beständig verweigert, auch weder durch Zureden noch Wedrohung bis anhero zu besseren Gedancken zubringen gewesen. Nun wir denn diesem Unwes fen ferner nachzusehen nicht gemeiner. Alls ift an flatt zc. zc. unfer Begehren hiermit, ihr ber &. L. wollet, dafern ermeldte &. auf fernete bes wegliche Worstellung, welche ihr der Superintendens berfelben durch Den Pfarrer zu R. nochmahls thun zu laffen wiffen voerdet, sich eines bessern nicht erklären will, sie, unserer obangezogenen Berordnung zu folge, aus euren Gerichten fort schaffen zix. Ex his quoque perspicere licebit, quam expediat, vt cum seueritate summam hic conjungant humanitatem legislatores. Sed & anno 1709. die 19. Februarii idem potentissimus Rex rescripsit: Grieberich 2006 auft, Konig und Churfurft ze. Wir haben aus euerem vom gestrigen dato anhero erflatteten Bericht, welchergestalt der Schneider zu 213. C. 23. fo fich geraume Zeit des Gottesbienstes und heiligen Nachtmabis ents halten, nunmehro verftorben, und baher wegen deffelben Beetdigung und fere resolution vonnohten sen, verlesend ersehen, und begehren datauf an fatt ac hiemit, ihr woller, gestalten Sachen nach, die Verfügung thun, daß die Leiche zwar auf dem Kirchhofe, jedoch in der Stille und sone dacrimonien beerdiget wetten moge ic. Interim neque minifrorum ecclellae admonitiones, "quantum ad observandum sabbatum, intermittendas esse patet ex Rescripto Electorali ad Consistoria Saxonica dato anno 1711. die 9 Martii, quod legi vrique meretur: Don Gottes Gnaden Friederich August, Konig in Pohlen at. Herwog zu Sachlen, Julich, Cleve, Berg, Engern und Weftphalen a. Churturft. Wurdige, Hochgelahrte, liebe, andachtige Wir haben tvieder die allenthalben fo gar überhand gennd Getreue. nominmene Entheiligung des Sabbaths bereits vor einigen Jahren.gemeffes

melfene Berordining ergehen laffen, auch folde anist wieder zu erneue ren Der Mothdurfft befunden. Damit nun Unfere hierunter ju Gottes Ehren geführte christliche Absicht um fo viel ehender ben einem jeden wie willigen guten Derken erlanger werden moge: Co begehren wir hiemit madigit, ihr wollet ben denen unter euch gehörenden Superintendenim die Berfugung thum, daß von denen Geistlichen jedes Ortes die ihrer Seelen pflege anvertraute Gemeinden öffiers und beweglich jur forgfale igen Beobachtung des dritten Gebotes auermahnet, die in Gottes Wort auf die Berächter und Schander tes Sabbaths gefetzte ernste Strafen, famt denen Arthen der Entheitigung, Die an iedwedem Drie geithero einges riffen, deutlich und mit Nachbruck erklaret und gewiefen, Die Zorn-Exems pel, welche ber gerechte Gott an ein und anderem Orte Diefer Lande ausgeüber, für Augen gestellet, und, wie hochstnochig es seh, daß dem azürnten GOtt, gleichwie überhaupt durch ein buffertiges chriftliches leben, also auch infonderheit durch recheschaffene Feperung der Conns und Festrage, in die Ruthe gefallen, und ju Abwendung der bevorstes hinden Schwehren Plagen und ganglichen Betwüstung von einem ies den das Seinige bengereagen werde, in berien Predigten und wo es fonft die Gelegenheit leider, bargethan und gezeiger, muchin die Buhbrer um fo vielmehr zu Beobachtung derer tregen der Cabbaths-Fener erger henden Berordnungen praepariret werden. Daran gefchiehet Unfere Meining. Darum Drefiden am 9. Martii an. 1711. Verum propinque adfunt leges in labbati profanatores animaduertentes, Omnia plana ca de re suggerit die Policen Ordnung, wornach fich der Gurftenthumer Schlefwig, Solftein zc. Gingefessene zu achten, betfaffet und publicitet ann. 1636. art. i. Co mollen wir Unfere Uns tenhanen samt und sonders Landes paterlich moniret und ben würcklie der Strafe geboten haben, daß sie vor allen Dingen sich. Die wahre Gottes furcht angelegen sein laffen, Diefelbe wohl zu Herten faffen und in dessen Begengung des Conntages, Gest: Beter und andern Tagen, wenn geprediger wird, fruhe und zu rechter Zeit, zu Singung der Pfale men, andachtiger Unhörung und Aufmerekung der Predigten, mit Frauen, Rindern und Gefinde gur Rirchen einstellen, - - Die Sacras menta offt gebrauchen, und auf den Connrag und Festragen feine Sands arbeit ober fonst ichiwas, an pflugen, holkhauen, Solk, Korn und Deurführen, weichen und dergleichen verrichten. - Und foll auf den Conns

Sonntagen, Desgleichen Geft und Bet-Sagen unter ben Predigren als les Sehencken an Bein, Bier, Brandtewein und andern Getrances (aufferhalb Krancken) aufhalt und figen der Gafte, Berkauffung einis ger Wahren, Verbleibung auf den Rirchboten und Marcken, gange lich und ben Straf funff Reichsthaler, so wohl von dem Wirth als ein nem ieden übertretenden zu etlegen, oder da solche nicht alsofort aufzus bringen, unnachläßig der Befangniß berboten fenn zc. Et quem fugere possunt saluberrimae de sabbato non profanando con-Ititutiones, quas annis 1705. & 1728. publicari mandauit Celsitudo Regia, Serenissimus Princeps CAROLVS FRIDERI-CVS, Dominus noster clementissimus, quem longissima inper mortales statione omnibusque boois iubeat perfungi Sus premum Numen. Quem, inquam, fugere istae possimt? cum simul prouisum, vt nouissime promulgata singulis annis quater e suggestu sacro praelegatur. Cetera vitia inolita, quorum est innumerabilis multitudo, sed quae nihilominus diuersissima inter se sunt, adeoque vel asperius vel leuiter vel minime notanda poenis externis, praetereo. Praetereo de industria: ne turba me opprimat hominum quorundam male feriatorum, qui vbi attigerint chartant, in qua vitiorum est vituperatio, eam mox fibi vel amicis aptant, qua re nihil efficiunt aliud, quam ve ipsi se imprudenter incautissimeque prodant, & pueri atque ancillae manus complodant effundantque petulantissimum cachinnum.

Vbi nullum
delittum,
ibi nulla
poena.
Quare imprimis de
corpore delitti folliciti fine iudices.

6. XII.

Iustam dixi poenam, quae ad delictum accommodata esta. Vbi itaque de nullo prorsus constat delicto, ibi nec vlla locum inueniet poena. Non otiosa aut inanis hace est quaestio. Summa enim ope niti, facere atque experiri iudices oportet, vt ipsis de corpore, quod vocant, delicti omnino ante constet, quam ad specialem inquisitionem poenamque procedant. Vnde peritorum in arte consilio hic subinde

